

Hier. 4. etiam per Hieremiam dicitur: Nos iniquè egimus, & ad iracundiam provocauimus te: idcirco inexorabilis es. Nam omnipotens Deus orationem illius saepe in tribulatione non audit, qui illius præcepta in operatione adimplere contempnit. Dignum quippe est, ut ab eius beneficiis quisque sit extraneus: cuius iustificationibus non vult esse subiectus. Ideo quicumque cupit orationem suam exaudiri à domino, prius studeat illius obedire imperiis: quia tunc cor fiducia in oratione accipit, & non in prece repellitur, quum sibi vita prauitas in illa non contradicit. Præpedit etiam orationem orantis quibus dubietas: quia reuera indignus cælesti benedictione esse conuincitur, qui dubio quærit affectu. Indignum nãque est, vt mens dubitatione in oratione frangatur, & magnam exauditionis præsentiam suarum habeat materiam. Adest in cælo dominus Iesus, hominum mediator, & redemptor, & frater: cui vota funduntur, & qui orat pro nobis voce, affectu & sanguine: & quam pro nobis assumptis humanitatem offert patri interpellatricem orationis. Nec repellere quibus fideliter orantem, quum & ipse sit orans. Impedit quoque orationem, quia petitur, quod non petendum est. Nam fideliter supplicans Deo pro necessitatibus huius vite, aut pro quacunque alia causa misericorditer non exauditur. Prouidet enim Deus meliora, quàm petuntur. Sicut contingere assolet paruulis, qui Deum exorant, ne in scholis vapulent: sed non datur talis postulacionis effectus: quia impedit exauditio ad profectum. Indignitas quoque eius, pro quo oratur, inexorabilem reddit orationem: sicut Hieremias dicit: Noli orare pro populo isto neque assumas pro eis laudem: quia non exaudiam. Sancti nanque viri pro seipis exaudiuntur: iuxta domini pollicitationem dicentis: Qui quicquid orantes petitis, fiet vobis: sed non semper pro aliis exaudiuntur: quia quum peccare non deumunt, Deo offerunt, quod pro se factam orationem repellit. Abundantia etiam malarum cogitationum plurimum, ne exaudiatur oratio, obstat. Merito non exaudiri meretur, qui obscænis irretitus cogitationibus non intelligit, quid oret. Propterea magno studio prauæ & superflue amputanda sunt cogitationes, ne fructum nostræ orationis exterminent. Nam & si funditus diuelli nequeunt à corde, quia fomitem suum habent in corde: semper tamen conterenda sunt, ne procedant ad actum. Certum enim est, quod ad peccatum, quod opere perpetratur, non perueniet: quisquis incertitia vitorum statim, vt nata fue rint, in mente iugulabit: & paruulos Babylonis allidet ad petram. Itis nanque fomitibus quasi quibusdã gradibus omne peccatum coalescit. Cogitatio enim praua delectationem parit, delectatio consensum, consensus actionem, actio consuetudinem, consuetudo necessitatem, necessitas mortem. Ex quo patet, quod resecta cogitationis radice cuncta peccati arbor exicetur. Qua prolata pura euolat ad cælum deprecantis oratio, & à domino postulata reportat. Efficaciter etiam oppugnat rãcor irrogata iniuriã, ne exaudiatur deprecantis oratio. Relinque (ait scriptura) proximo tuo nocenti tibi: & tunc deprecanti tibi peccata soluentur. Et dominus in Euangelio: Quum stas ad orandum, dimitte siquid habetis aduersus aliquem: vt pater vester dimittat vobis peccata vestra: quod si non dimiseritis, nec pater vester dimittet vo-

bis peccata vestra. Itaque à nobis tota hæc res sumit exordium: vt rã oratio nostra exaudiatur, atque quale futurum de nobis debeat esse iudicium. Ne enim vel irrationalis quisquam, aut in magno aliquo, aut exiguo delicto conqueri possit ipsum reum dominum illius sanctæ esse sententiæ, quemadmodum tu ipse iudicaueris: ita & te exaudiam, teque iudicabo. Si enim dimiseris conseruo tuo, à me quoque eandem gratiam conserueris. Et certè nequaquam istud æquale est. Tu enim remittis, quum ipse remissione indigeas: Deus verò cum nullius indigeat vnquam, ignoscit. Tu conuerso remittis, Deus seruo suo. Tu quidè mille peccatorum reus, Deus autè ab omni peccato extraneus. Et tamen sic abundantia sue misericordionis ostendit. Quo igitur digni supplicio sumus, quum tali nobis à Deo potestate donata, ipsi orationi nostræ & saluti efficiamur proditores: Nihil enim tam exorabile nostram reddit oratione, quàm vt malignis & nos lædentes simus placabiles. Additio similiter peccati potissima est causa, ne oratio exaudiatur. Vnus enim orans (ait sermo diuinus) & vnus maledicens: cuius vocè exaudiet dominus: quasi dicat neutrius. Nã duobus modis impeditur oratio: ne impetrare valeat postulata, videlicet si adhuc quisque mala committit, aut si delinquenti sibi debita peccata non dimittit. Sicut autem nullum medicamentum proficit, donec ferrum lateat in vulnere: ita nihil prodest illius oratio, cuius voluntas versatur in scelere, vel odiu proximi manet in mète. Non parù resistit paruitas desiderij: quatenus orationis effectum obtineat, qui petit. Dominus nãque nollet sciens clementiæ sue pondera atque mēsuras interdum non exaudit orantē, vt eum probet: & magis ac magis eum prouocet ad orandū: & quasi igne examinatum iustiorē & ardentiorē faciat ad orandū & petendum. Profectò liquet, quod exaudibilem apud Deum non efficiunt oratione verba nostra, sed desideria. Aeternam enim vitam si ore petimus, nõ corde desideramus: clamantes tacemus: si verò corde concupiscimus, etiam nihil loquendo clamamus. Agit tamen nunquam diuina prouidentia nobiscum, vt differat vtiliter: quia liberaliter donare disponit, vt dicamus magna magnè desiderare: quia quo diutius abest, quod ardentè diligitur, eo robustius expectantis desideria cumulantur: tantòque dulcius sapit, & cautius conseruatur, quod percipitur: quanto diutius in prece suspensus extitit petentis affectus. Postremò defectus perseverantiæ in oratio valde aduersatur affectui orationis. Virtutis nãque pondus nec impetrandi gratiam possidet oratio: quam nequaquam perseverantiã continui amoris tenet. Vnde igitur, homo, sed per instantiam deficiat in oratione. Deus quod cõcessurus tibi est, et si differt, non auert, Non leuitate vitur, qui promittit: nec facile Dei sententia mutatur: quod promissum fixum est, fallere non potest: habet vnde tribuat. Viriliter itaque persevera in prece: si effectum concupiscis reportare de oratione.

De is, que disponunt animum ad orationem & quædam exorabilem reddunt.

C A P. V.



Vemadmodum inire satagentibus cõflictum cum hostibus visibilibus perneccesarium est non solum scire, quomodo euadant insidias inimicorum, & detegat eorum machinamenta, sed etiã qualibus eis resistant

Laur. Iustin. g 3 viri

Hier. 19. Noli orare pro populo isto neque assumas pro eis laudem: quia non exaudiam. Sancti nanque viri pro seipis exaudiuntur: iuxta domini pollicitationem dicentis: Qui quicquid orantes petitis, fiet vobis: sed non semper pro aliis exaudiuntur: quia quum peccare non deumunt, Deo offerunt, quod pro se factam orationem repellit.

Marc. 11. Qui quicquid orantes petitis, fiet vobis: sed non semper pro aliis exaudiuntur: quia quum peccare non deumunt, Deo offerunt, quod pro se factam orationem repellit. Abundantia etiam malarum cogitationum plurimum, ne exaudiatur oratio, obstat. Merito non exaudiri meretur, qui obscænis irretitus cogitationibus non intelligit, quid oret. Propterea magno studio prauæ & superflue amputanda sunt cogitationes, ne fructum nostræ orationis exterminent. Nam & si funditus diuelli nequeunt à corde, quia fomitem suum habent in corde: semper tamen conterenda sunt, ne procedant ad actum. Certum enim est, quod ad peccatum, quod opere perpetratur, non perueniet: quisquis incertitia vitorum statim, vt nata fue rint, in mente iugulabit: & paruulos Babylonis allidet ad petram. Itis nanque fomitibus quasi quibusdã gradibus omne peccatum coalescit. Cogitatio enim praua delectationem parit, delectatio consensum, consensus actionem, actio consuetudinem, consuetudo necessitatem, necessitas mortem. Ex quo patet, quod resecta cogitationis radice cuncta peccati arbor exicetur. Qua prolata pura euolat ad cælum deprecantis oratio, & à domino postulata reportat. Efficaciter etiam oppugnat rãcor irrogata iniuriã, ne exaudiatur deprecantis oratio. Relinque (ait scriptura) proximo tuo nocenti tibi: & tunc deprecanti tibi peccata soluentur. Et dominus in Euangelio: Quum stas ad orandum, dimitte siquid habetis aduersus aliquem: vt pater vester dimittat vobis peccata vestra: quod si non dimiseritis, nec pater vester dimittet vo-

Ecl. 18. Relinque proximo tuo nocenti tibi: & tunc deprecanti tibi peccata soluentur. Et dominus in Euangelio: Quum stas ad orandum, dimitte siquid habetis aduersus aliquem: vt pater vester dimittat vobis peccata vestra: quod si non dimiseritis, nec pater vester dimittet vo-

Ecl. 14.

20

30

40

50

60